Greco, Giacomo; Joachim <de Flore>: Ioacchim Abbatis Et Florensis Ordinis Chronologia
Cosenza, 1612 Seite 121



doctrinæ mutuæ allocationis conuersatione lætari in oratorium ingressam tãtæ inualescentis accersionis causam expostulauit: velut eidem peccata sua confiteri decreuerat. Audiens in illam sublimi throno residentem, sibique humiliori loco sedem adductam intuens Ecclesiæ authoritati, & huiusmodi actus iudicialis sententiæ prospiciens, ea, qua erat ligandi, atque soluendi authoritate præditus ait. Cum tu Madalenæ, & ego Christi Domini sim vicem gesturus, descendens vt debes confessionem facias: aliàs vt debeo, te meritò, non intelligam. Quæ sicut erat ab ineũte ætate deuota, tanti viri, & veritatis maiestate concepta, secundum verbum Ioacchin in omnibus gratanter aptauit. Interea mirati sunt vniuersi videntes qualiter Ioacchin Ambrosij instar tantæ maiestatis culmen humiliauit. Cæterum Constantia seruũ Dei ita obseruatione colebat: vt audito eo multa faceret: qui autem adfuerant benedicentes laudabant Deum, qui dedit talem potestatem hominibus, vt serui eius loquentes de testimonijs suis in conspẽctu regum non confundarentur.

Imperatricem Constantiam humiliat.

Sectio 32.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/greco1612/0121